



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1787**

**VD18 90119649**

§. 56. Apostolica Missio in Thibetano Regno auctoritate Pontificis Maximi  
stabilita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

Sæc. XVIII. tamen nimis prolixa est, & in Bullario  
 A. C. 1742. opportunius reperiri potest.

## §. LVI.

*Apostolica missio in Thibetano Regno  
 auctoritate Pontificia instituta.*

*Vid. supra  
 tom. 76. pag.  
 437-241. &  
 seqq. ac Bull.  
 Ord. 1. 7. p.  
 250.*

Quam uberem Evangelici laboris me-  
 sem RR. PP. Capuccini, Viri  
 primis Ordinis sui incunabulis usque  
 ad hodiernam diem tam regularis ob-  
 servantiae flore, quam propagandæ f-  
 dei studio inclyti in utroque Thibet re-  
 gno collegerint, quamque præclari-  
 tiam hujus plantationis subsidia Car-  
 nalis Belluga, maximus hujus Missio-  
 nis Mæcenas suppeditavit, jam supra  
 prælibavimus: cum autem hoc anno  
 eadem Missio ab ipsa Constitutione A-  
 postolica firmum robur suum accepisset,  
 haud abs re fore videtur, rem altius  
 repetere.

Thibetum in Tartaria situm in duo  
 partitur regna, alterum *Oriente*, al-  
 terum magnum seu *Occidentale* vocatur  
 Thibetum. Primam Evangelii lucem  
 utrique regno illatam fuisse a D. Thoma  
 Apostolo, non defunt Scriptores, qui  
 affirmant; certius tamen est, circa an-  
 num Christi millesimum sexcentimum  
 vigesimum quartum a Jesuitis Religio-  
 nem

Sæc. XVIII.  
A. C. 1742.

nem Christianam fuisse ibi introductam quæ tamen vix exorta mox post viginti annos exaruit, Operariis Apostolicis e regno ejectis, & nequidquam redire tentantibus. Non destitit tamen Zelosissimus Pontifex Clemens XI. rogare Dominum Messis, ut alios mitteret Operarios in Messis; nec ejus precibus defuit providum Numen; cum enim Pontifex plurimis argumentis compertum haberet, P.P. Capuccinos doctos laborisque patientes immotum in fidem Catholicam Zelum, doctrinæ puritatem, exactamque erga Pontificis Constitutiones obedientiam in variis Missionibus, præcipue vero in Indiis Orientalibus contra prohibitos Sinensium ritus comprobasse, Thibetanam Missionem restaurare, eamque hisce Patribus Provinciæ Marchiæ anno hujus sæculi quarto committere decrevit. Mox ergo ad primum hoc opus egregii veritatis Præcones seliguntur, qui ære S. Congregationis de Propaganda suffulti iter aggressi, per Mogolem & Indias, superatis terra marique periculis, tandem anno 1707. die decima nona Junii in ipsa regni Thibetani Metropoli, quæ *Lassa* vocatur, sedem fixere. Hos ipsemet Rex, necnon magnus *Lama* seu supremus Regni Sacerdos perbenigne exceperunt, & uterque a Patre Joanne Francisco

cisco

Sæc. XVIII. cisco a Camerino Missionis Præfecto per  
 A. C. 1742. tiit, ut præcepta legis, quam annun-  
 tiaturi venissent, scriptotenus traderet.  
 Id haud exiguæ difficultatis erat pro  
 Viris in peregrino hoc idiomate parum  
 exercitatis: rem tamen viribus superio-  
 rem impigro labore aggrediuntur, et  
 meliori, quo tunc fieri poterat, modo  
 scripturam conficiunt, eamque Regi por-  
 rigunt. Post aliquot dierum intervallum  
 eos redire jussit Rex, qui sermone ad Su-  
 periores converso respondit: *Scias, quia  
 lex, quam ego omnesque Regni mei civi-  
 tates profitentur, mihi hæcenus semper  
 fuerit bona, cum in ea simus enutriti: in-  
 ficiari tamen nequeo, quod tua, quam ex-  
 posuisti, melior mihi videatur.* Hoc Re-  
 gis responso Superior mirifice recreatus,  
 Eidem singulari verborum comitate ex-  
 posuit, ad inquirendam amplectendam-  
 que veritatem illum Divina lege obstrin-  
 gi, qui mentem suam primis fidei re-  
 diis illustrari sentit. Attamen ad hoc  
 reposuit Rex: *Hoc tempus nondum  
 venit, prius cum sociis tuis magis exactam  
 idiomatis nostri cognitionem haurire pro-  
 cura, id tamen, quod in scriptura  
 tradita continetur, vos populo meo annun-  
 tiare poteritis, plura nunc promittere  
 nequeo.* Hic Regis favor Viros Apostoli-  
 cos eo majori affecerat lætitia, quo ceti-  
 tius verborum facilitati constantiam co-  
 pennis

peris haud deesse intelligerent; mox e-  
 nim Rex plura promulgavit edicta, qui-  
 bus ad Religionis Catholicæ exercitium  
 parvam Ecclesiam, & pro Missionariis  
 domum erigi indulgit, necnon suis seve-  
 re inhibuit, ne eorum aliquis ipsos ullo  
 pacto molestaret, aut ab eis tributa exi-  
 gere præsumeret.

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1742.

Haud adeo docilem Patres reperere  
*Lamæ* seu primi Pontificis animum;  
 hic enim sine verborum ambage Super-  
 iori tradidit folium, in quo conscripsit  
 difficultates, quæ novæ legi in Regno  
 annuntiandæ obstarent, ad has ergo  
 mox responderi postulavit: nec diu cun-  
 ctabatur Superior, ad cujus tamen re-  
 sponfa Lama Pontifex paucis reposuit,  
 se desuper cum illis, quorum vel ma-  
 xime interesset, acturum. Suavius, fe-  
 liciusque hi Viri Apostolici sese in Ma-  
 gnatum Aulicorumque animos insinua-  
 bant; ipse enim vestitus, vitæque aspe-  
 ritas pro ipsis erat diserta oratrix, morum-  
 que modestia, solitaria vivendi ratio, san-  
 cta simplicitas cum Apostolica gravitate  
 conjuncta, animusque ab omni quæstus  
 propriique commodi suspicione alienus  
 spectaculum erat, quale infideles hæ-  
 gentes vix inter Angelos, minus vero  
 inter hujus orbis homines reperiri posse  
 credebant; quocirca hos Patres spon-  
*Hist. Eccles. Tom. LXXVII. Qq ta-*

Sæc. XVIII. tanea liberalitate, amplis eleemosynis  
 A. C. 1742. omnisque generis charitatis, ac eximie  
 venerationis officiis prosequi certabant.  
 Postquam igitur Apostolico labori tam  
 prospera auspicia alluderent, hi Patres  
 suarum partium esse arbitrabantur, et  
 etiam ipsum Romanum Pontificem  
 Clementem XI. de Regis benevolentia  
 datis literis certiore redderent. Ac  
 cepto hoc nuntio Pontifex sacra lætitia  
 plenus die sexta Januarii an. 1714. Ro-  
 ma ad Lassæ Regem literas misit, quibus  
 ob beneficia Patribus, ceterisque  
 Christianis collata gratum animum  
 stabatur. Pontificiæ epistolæ tenor  
 erat sequens:

*Illustris ac potentissime Rex salutem  
 & lumen Divinæ gratiæ.*

„Inter egregias, magnoque Principe  
 „dignas dotes, quibus Celsitudinem  
 „Tuam insignitam esse fama vulgata  
 „præcipuum sibi vindicare locum ce-  
 „mentiam, qua Christianæ fidei Cultum  
 „res in amplissima Tua ditone respiciunt  
 „ex Dilecto Filio, Religioso Viro, Do-  
 „minico Fanensi, Ordinis Minorum S.  
 „Francisci Capuccinorum nuncupato  
 „rum Professore, in istis partibus Apo-  
 „stolici Missionarii munere diu perfu-  
 „cto, ac isthuc propediem redituro, no-  
 „sine

„fine ingenti lætitiæ sensu cognovimus. Sæc. XVIII.  
 „Quia vero ad Nos imprimis pertinent A. C. 1742.  
 „beneficia, quibus Celsitudo Tua istos  
 „Christifideles, ac præsertim Apostoli-  
 „cos Missionarios regia plane benignita-  
 „te prosequitur, prætermittere nullo  
 „modo volumus, quin has ad Te dare-  
 „mus litteras, ex quibus tum gratum,  
 „pronumque animum erga Te nostrum,  
 „tum etiam propensum, quod eo no-  
 „mine gerimus, desiderium gratificandi  
 „Tibi luculenter intelligeres. Etsi au-  
 „tem lætiora indies de singulari Tua in-  
 „eodem Apostolicos Missionarios bene-  
 „volentia Nobis allatum iri constanter  
 „speremus, eos nihilominus prævalido  
 „Celsitudinis Tuæ Patrocinio, ac Tu-  
 „tellæ majorem in modum commenda-  
 „mus, non omiffuri interea Regem Re-  
 „gam, ac Dominum Dominantium eni-  
 „xe, ac assidue rogare, ut secundos,  
 „faustosque rerum successus indefinen-  
 „ter Tibi tribuere, & quod caput est,  
 „perfectum veritatis suæ lumen osten-  
 „dere non dedignetur.“

Tam secundis auspiciis ovantes E-  
 vangelii Præcones, sacræ suæ expedi-  
 tionis initium faciunt, ac indefesso la-  
 bore in ædibus & agris Christianæ fidei  
 dogmata exponunt, mores reformant,  
 & quam plurimos sacro salutis fonte ab-  
 luunt.

Sæc. XVIII  
A. C. 1742.

luunt. Attamen amplæ Domini vineæ  
sensim deerant operarii; cum enim an-  
nuum S. Congregationis subsidium mi-  
le scutorum ob loci distantiam longè  
tempore deficeret, & Missionarii a Ne-  
phytis stipem petere non auderent, et  
eos sub Religionis prætextu ad quæren-  
dum panem Thibetum venisse, gentes  
criminarentur, hinc eorum potissimum  
me. laboribus, ærumnis ac viribus ex-  
hausti succubere, alii opis & consilii  
inopes ipsum Regnum deserere conati  
sunt: reliqui vero Patrem Dominicum  
a Fano & P. Michaelem Burgundum  
anno 1712., ut deplorandum Missio-  
nis statum sacræ Congregationi exponerent,  
Romam ablegarunt, nec id irrito suc-  
cessu; quippe P. Dominicus petèbenigè  
exceptus, novisque Operariis variisque  
facultatibus auctus, data annui subsidii  
cautione Thibetum dimissus est, cui  
non sine maximo animarum proventus  
Missio anno 1716. stabilita resloruit.  
venerant autem ibi Patres Capucini  
etiam Jesuitas; cum vero, his per præ-  
ra Congregationis decreta exclusis, præ  
Missio solis Capucinis fuisset commissa,  
hinc die duodecima Decembris an. 1716.  
sacra Congregatio Generalis de propo-  
ganda fide contra eos sequens decretum  
edidit: *Referente Eminentissimo & Ros-  
tendissimo D.D. Cardinali Francisco Ber-*



berino Sacra Congregatio inherendo ac Sæc. XVIII.  
 confirmando decreta alias edita sub diebus A. C. 1742.

15. Januarii 1656. 28. Aprilis, 1698.  
 prima Martii, & 20. Septembris supe-  
 rioris anni 1717. statuit, & mandavit  
 serio, atque districte injungit, ac præcipit  
 Patri Præposito Generali Societatis Jesu,  
 ut juxta ejusdem decreta omnino dimittat  
 Missiones in Regnis Thibet, utpote Patri-  
 bus Capuccinis Italis diu jam assignatas:  
 atque inde, quacunque dilatione, tergiver-  
 satione, ac mora sublata, revocet, ac re-  
 moveat suos Religiosos, qui ad eas exco-  
 lendas Missiones inconsulta Sacra Congre-  
 gatione, imo & contra ejus decreta eo  
 se contulerunt. Datum Romæ &c. His  
 igitur ex P. Michaelis Angeli Tambu-  
 rini Generalis mandato die 16. Jan. an.  
 1719. Roma expedito abeuntibus, Re-  
 ligio Catholica novis indies incremen-  
 tis efflorescere visa est, usque ad annum  
 1737. quo tempore alternans erat hujus  
 Missionis status; nunc enim fidei pro-  
 pagatio sese ad vicina etiam regna ex-  
 tendit; jam vero adversus eam pericu-  
 losæ persecutionum procellæ intumue-  
 runt, semper tamen Viri Apostolici in-  
 ter ipsas hasce tempestates firmi con-  
 stantesque perstiterunt, sola tuti anchora  
 immotæ spei in Deum collocatæ. Nec  
 vana erat eorum fiducia; eodem enim  
 anno S. Congregatio cognito Missionis

Q 9 3

statu

Sæc. XVIII. statu P. Horatium Bill de Penna, ut  
 A.C. 1742. supra meminimus, novis fociis, pecu-  
 niarum subsidiis, amplisque facultati-  
 bus munitum Roma Thibetum decrevit,  
 cui summus Pontifex Clemens XII. liti-  
 ras die vigesima quarta Septembris an-  
 no 1738. datas, Regique Lassaë traden-  
 das commisit hujus tenoris:

„Magnam Nobis lætitiã attulit  
 „lectus Filius, Franciscus Horatius  
 „Penna Religiosæ Capuccinorum Socie-  
 „tatis Alumnus, a quo Romam regresso  
 „diligenter edocti fuimus, Tuam Celli-  
 „dinem singulari benevolentia ipsius  
 „suosque excepisse, multisque Regi-  
 „nignitatis argumentis luculenter  
 „stasse; tantam vero in Te repente ex-  
 „gregiæ virtutis indolem, atque exci-  
 „sam mentis sagacitatem, ut exopta-  
 „Celsitudini tuæ admiranda Christianæ  
 „fidei misteria, sapientissimæ leges, mo-  
 „rum disciplina, mirificaque ad homi-  
 „num cultum, moderandumve impe-  
 „rium vitæ instituta, Te ad ipsius læ-  
 „dem statim commoverint. Quin & illi  
 „lectus splendissima nostræ Religionis  
 „specie, quæ non præoccupatis ingenis  
 „facile patet, & Te plurimum delectare  
 „visum fuerit. Enimvero hac Tua in  
 „eisdem Missionarios humanitate, mo-  
 „scendæque veritatis inclinatione ani-  
 „mum

Sæc. XVIII.

A. C. 1742.

„num Tibi nostrum suavissimo charita-  
 „tis vinculo devinxisti, idque Celsitudi-  
 „ni Tuæ nostris hisce litteris comper-  
 „tum reddere statuimus, grata memo-  
 „ria profecuturi, quidquid illis adhuc  
 „dederis Patrocinii, & in posterum da-  
 „turum, spem fecisse libenter audivi-  
 „mus, quam ut alacrius implendam su-  
 „scipias, ipsum Franciscum Horatium,  
 „qui præclaris virtutibus magnam sibi  
 „non minus a Nobis, qua a Celsitudine  
 „Tua gratiam conciliavit, indulgentes  
 „desiderio Tuo, redire ad Te iussimus  
 „cum aliquot Ordinis sui sociis opem  
 „ipsi allaturis ad prædicandam, traden-  
 „damque subjectis imperio tuo populis  
 „Evangelii veritatem, unde solum ad  
 „sempiternam felicitatem aditum pate-  
 „fieri, ac sterni viam posse pro certo  
 „reputare debes. Illos, ut Regia au-  
 „thoritate munire, & ea, quam hacte-  
 „nus experti sunt, beneficentia comple-  
 „cti velis, majorem in modum Te cu-  
 „pidissime oramus, ac obtestamur.

„Quin autem nostri Nos voti com-  
 „potes facias, dubitare profecto non si-  
 „nit ingens, quæ hucusque pervenit,  
 „fama præstantissimi animi tui, cum  
 „præsertim Celsitudini Tuæ latere ne-  
 „queat, nihil aliud, quam ut Tuam,  
 „Tuæque gentis immortalem salutem,

Q q 4

„de

Sæc. XVIII.

A. C. 1742

„de qua pro apostolici nostri ministerio  
 „munere, pro Te Tuoque erga Catholi-  
 „cam Religionem studio plane solliciti  
 „sumus, præstandam curandamque an-  
 „nitamur, præclaros istos Viros ad id  
 „adeo salebrosam aggrediendum Nos  
 „adegisse.“

„Hinc autem, ut uberior proveniret  
 „fructus, Celsitudinem Tuam, qua  
 „maxima possumus, hortamur, atque ob-  
 „secramus, ut Regio diplomate istis, qua  
 „isthuc ablegamus, aliisque deinceps  
 „Catholicæ Religionis Præconibus fa-  
 „cultatem præbeas, libere, aperteque  
 „non Lassæ tantum, in Domicilio Tui  
 „sede, sed per omnes Imperii Tui re-  
 „giones Evangelicam legem promul-  
 „gandi, quam si ipse profiteri, tuoque  
 „exemplo ceteros præire tandem indu-  
 „cas animum, lætitiæ nostræ cumulum  
 „adderes. Et sane, cum Tibi tua gens  
 „plurimum debeat mitissimo dominato-  
 „re, non parum præsentis prosperitatis ob-  
 „sequio, nihil ei tamen, ac Tibi deesse  
 „reputare debes, nisi hæc una salutis  
 „via sempiternam beatitudinem in tur-  
 „collocet, quam Celsitudini Tuæ in cre-  
 „dibilis, ac singulari studio vehementer  
 „optamus.“

Ex tam luculentis benevolentiae te-  
 stificationibus nil aliud sperari posse vi-

debatur, quam prompta totius Regni ad Sæc. XVIII.  
 Christum conversio; ea spes etiam haud A. C. 1742.  
 modice aucta erat ex eo, quod jam ante  
 biennium P. Vitus Recinetensis Capuccinus in Regno Nepal Missionarius in Regnum Battgao Evangelicæ veritatis lumen inferre intentus, quamplurimos depulsis superstitionum tenebris ad veri Dei cultum adjunxisset. Quoniam vero multiplici experimento comper-  
 tum habebat, plures adhuc ab amplectenda fide Catholica metu exilii vel jacturæ temporaliam absterreri, hinc Regi supplicabat, ut subditos suos ad Christianorum sacra transire paratos a nemine molestari, Regio diplomate cave-  
 ret. Annuit Viri Apostolici precibus Rex, ac die vigesima octava Novembris hoc decretum promulgari jussit: *Nos Zaervanegitta Malla, Rex Battgao in Nepal, vigore præsentium impertimur licentiam omnibus Patribus Europæis prædicandi, docendi, & ducendi ad eorum Religionem populum Nobis subiectum, simulque permittimus subditis nostris, legem Patrum Europæorum amplectari, quin de molestiis vel a Nobis, vel a Regni nostri Gubernatoribus sibi inferendis timeant. Nec ipsi Patres ullo a Nobis afficientur fastidio, nec in eorum impediuntur ministerio. Omnia autem hæc fiant sine violentia & cum pura & libera voluntate.*

Sæc. XVIII. Datum in Nepal anno 861. Mense Ma-  
A. C. 1742. gyfio. Bona dies. Salus. Insuper Rex  
 per eundem Patrem Vitum Benedic-  
 XIV. summo Pontifici significari voluit  
 ut quosdam adhuc Patres Capuccinos  
 ad gentis suæ instructionem in Regnum  
 mittere velit. Eapropter Papa hoc an-  
 no die prima Maji ad eundem has  
 sponforias dedit literas:

*Illustris ac Potentissime Rex! salutem  
 & lumen Divinæ gratiæ.*

„A Dilecto Filio, Vito Recineti,  
 „Ordinis sancti Francisci Capuccinorum  
 „faustus nuntius ad Nos pervenit, opta-  
 „re Celsitudinem Tuam, ut aliquot ex  
 „ea Religiosa familia isthuc ire, & in  
 „Regno Tuo commorare jubeamus, qui  
 „populos imperio tuo subjectos, Chri-  
 „stianam fidem edoceant, dirigantque  
 „in viam salutis æternæ, quæ una a li-  
 „piente Viro quærenda est, & in debi-  
 „derio haberi debet. Hinc enim vero  
 „cognovimus, Celsitudinem Tuam pro-  
 „dentissimi ingenii vi pollere, consilia  
 „que sagacitate. Cum enim civium  
 „tuorum felicitas expetenda Tibi sit  
 „maximeque curandum, ut eos peni-  
 „tus tuæ voluntati obnoxios habeas,  
 „promptaque obedientia morigeros, &  
 „liam nullam in toto orbe terrarum Re-  
 ligio

„ligionem invenies, quæ Regibus, eo- Sæc. XVIII.  
„rumque Magistratibus majori severita- A. C. 1742.  
„te parere jubeat, quæque implacabile  
„magis bellum indicat vitiis omnibus,  
„unde humana societas, velut pestife-  
„ro veneno imbuta, quam maxime la-  
„befactatur. Huc siquidem spectant tra-  
„dita Nobis a supremo cæli terræque  
„Domino, nostræ sanctissimæ Religio-  
„nis Auctore, agenda vitæ præcepta,  
„servata utique diligenter.

„Itaque pro nostra in universum ge-  
„nus hominum charitate, pro tuaque  
„in Missionarios nostros benevolentia li-  
„benter mandavimus, ut aliqui ex eo-  
„dem Capuccinorum cætu statim ad  
„vos iter arripiant, ferantque in vestras  
„Orientis partes Divinæ scientiæ lu-  
„men, ac sternant tuæ genti facilem,  
„munitamque viam ad cælestem Pa-  
„triam, & ad gaudium sempiternum.  
„Utinam vero ipse, qui Regio assensu  
„permittis Missionariis, una commotis  
„charitate in id suo labore, sua pecu-  
„nia, tantoque per maris, terræque im-  
„mensa spatia vitæ suæ discrimine, se-  
„dulam navare operam, exemplo præ-  
„ire velis subditæ Tibi gentis docilita-  
„tem! Nihil profecto Nobis jucundius,  
„Tibi salubrius evenire posset. In  
„hujusmodi spem Nos adducit data tuis  
litte-

Sæc. XVIII. „litteris fides, eosdem Missionarios Re-  
A. C. 1742 „giæ auctoritatis præsidio fultum iri.  
 „liberum fore per tuum Regnum Chri-  
 „stianam doctrinam palam prædicare.  
 „eamque amplecti nullo impedimento.  
 „Qua de re amplissimas Celsitudini Tue  
 „agimus grates, Deumque idcirco bo-  
 „norum omnium auctorem assiduo in-  
 „dio sollicite obsecrabimus, ut Tibi  
 „lumine propitius adsit, Teque omni  
 „cumulet prosperitate.“

Glorioso hujus Regis exemplo, & ejusdem P. Viti precibus stimulus Beatiæ Regni Rex pariter Christianæ fidei libertatem pollicitus est, & ab eodem summo Pontifice dicti Ordinis Viros Apostolicos submitti petiit, datis ad eum hisce literis:

*Sum sanus ego, & ut Vos quoque valeatis cupio. Ab aliquo tempore intellexi, quod Patres Missionarii fuerint, ut bonum in mundo operentur. Petii de super illuminari, & ideo illos ad meum vocavi præsentiam. Et cum totum eorum officium ad charitatem tendere mihi significarent, meo ut in Regno commoeretur, volui. At cum se jussa mea summi Pontificis jussu exequi non possent, reposuerint, supplico ideo huic summo Pontifici, quatenus, ut quis dictorum Patrum in meo persistat Regno, curet, id quod pro*



pro summo favore habebimus. Datum in *Sæc. XVIII.*  
*Bittia anno 184. Mensis Busadabi.* *A. C. 1742.*

Acceptis hisce literis Benedictus  
 Papa ingenti afficiebatur gaudio, mox-  
 que ad illas die prima Maji hoc dedit  
 responsum:

*Illustris ac Potentissime Rex, salutem  
 Et lumen Divinæ gratiæ.*

„Literas Celsitudinis Tuæ, quas di-  
 „lectus Filius, Vitus Recinetensis, e  
 „sacro Franciscanorum Capuccinorum  
 „Ordine repræsentandas Nobis curavit,  
 „mirifice exhilararunt animum nostrum,  
 „eumque Tibi summopere obstrinxe-  
 „runt. Dum enim postulas erudiri in  
 „Christiana doctrina, populosque im-  
 „perio Tuo subjectos, atque idcirco  
 „apud vos sua Regia protectione diver-  
 „sari Missionarios Capuccinos, ingenti  
 „Nos lætitia affecisti, quippe quibus pro  
 „commissa humilitati nostræ suprema  
 „Ecclesiæ potestate, quam maxime cor-  
 „di est universum hominum genus æter-  
 „nam consequi felicitatem, nec aliter  
 „fieri possit, quam si Evangelica veri-  
 „tate imbuatur. Qua de re maximas  
 „Celsitudini Tuæ gratias agimus, pre-  
 „camurque Deum Optimum Maximum,  
 „ut apertus abs Te ad cives Tuos ejus-  
 „dem percipiendæ veritatis aditus, am-  
 „plissi-

Sæc. XVIII. „plissimam Tibi, Tuoque Regno afferat  
 A. C. 1742. „felicitem, eamque imprimis, ut ve  
 „ritas ipsa pateat oculis sagacissimi ani  
 „mi Tui, nam intelliges, id unum Res  
 „nere Tibi posse viam ad æternam salu  
 „tem, & nihil ad retinendos in impero  
 „suaviter populos, & ad vitiorum illi  
 „cebras expellendas magis conducere  
 „ac sacrosanctam Religionem nostram  
 „cujus inter præcipua præcepta illud  
 „est, ut Regibus & Magistratibus ex  
 „mio studio obediri debeat, & prorsus  
 „pura mente, atque inviolatis natura  
 „legibus vivendum sit, unde pax publi  
 „ca, quies, & honestum exurgit ornam.  
 „Quod, ut per Tuam ditionem feliciter  
 „eveniat, jussimus isthic, ut rogas, de  
 „gere aliquos Capuccinos Missionarios,  
 „ac Te auctore, Tuoque Regio præ  
 „dio in opus istud gravissimum omnes  
 „curas, cogitationesque intendere. Nos  
 „dubitamus, quin Celsitudo Tua ope  
 „ac patrocinio foveat ipsorum labores,  
 „qui nullo rerum humanarum præmia  
 „sed una ardentissima erga vos charita  
 „te, immensa propemodum terræ, ma  
 „risque spatia emensi, isthuc Evangelii  
 „lucem diffundere susceperunt. Hæc ac  
 „tem, ut Celsitudini Tuæ fulgeat, &  
 „omni cumuleris prosperitate, vehe  
 „menter cupimus, & ominamur.“

Advenerat interim in Regnum Pa- Sæc. XVIII.  
 ter Horatius anno 1741., qui omnia A. C. 1742.  
 læta & ad uberiores messes matura  
 reperit: mox etiam Regi Pontificias  
 tradidit literas, qui illis, necnon donis  
 pretiosis a Papa adjunctis se plurimum  
 devinctum agnoscens, illico epistolam  
 unacum aliis patriæ muneribus ad Be-  
 nedictum XIV. transmisit. Illius tenor  
 erat, ut sequitur:

*Regi, qui condit, & conservat legem,  
 gubernat amplam regionem Europæam ver-  
 sus meridiem, & qui omnes viatores ad  
 festa & gaudia immensa, & interminabi-  
 lia ducit.*

„Corpus vestrum resplendet haud  
 „aliter, ac amplissimus mons Riloul-  
 „numbo, qui a longe adinstar solis &  
 „lunæ radiat. Sicut lex vestra omnibus  
 „viventibus suggerit pacem, ita & nos  
 „illam gustare fecistis, transmittendo  
 „nobis per Lamam, vestrum subditum,  
 „tum literas, tum plura dona mirabi-  
 „lia infimul cum incomparabili imagine  
 „vestra, egregie depicta, & alia ex au-  
 „ro confecta; quæ omnia cum ad nos  
 „salva pervenerint, cor nostrum majore  
 „affecerunt gaudio. Nos quoque re-  
 „cognoscentes pro Patre & Matre omne  
 „vivens, omnibus benefacere studemus,  
 „præsertim autem Vobis, & vestris sub-  
 „ditis,

Sæc. XVIII. „ditis, quos cum prædictis muneribus  
 A. C. 1742. „gaudentes excepimus, cor vivum &  
 „optimum iis debemus, cum ex regia  
 „ne longinqua per vias abstrusas,  
 „absque intentione negotiandi, sed  
 „lum ob finem legis ad nos pervenerint.  
 „Lama (Præfectus) legem docere,  
 „Medicus (alius Missionarius) vivere  
 „ab infirmitate liberare student. Tem  
 „magnus, optimus, & mirabilis est  
 „ster Zelus, dum ad hunc finem absq  
 „intuitu tot laborum, & periculorum  
 „quæ in itinere tam longo sufferre ne  
 „cessum est, hujusmodi homines ad  
 „Nos ablegatis. Quemadmodum rati  
 „hæc regio totum mundi pondus regit,  
 „ita vos omnium viventium cons pot  
 „tatis, quod stupore, laude, & gratia  
 „rum actione dignum est. Lama veter  
 „Medicus, sicut & alii, qui in Thibet  
 „morantur, & ad Chineses, & alia  
 „loca se extendunt, aliud non quaerunt  
 „& ambiunt, quam ut omnibus bene  
 „faciant viventibus; hinc & Nos eos  
 „adjuvamus, & ne ullum damnum, vel  
 „contrarietatem sufferant, iis publicum  
 „nostrum diploma dedimus, & pro  
 „desiderium spei vestræ complectimur.  
 „In quantum ad propagationem legis  
 „illiusque executionem, cum diversis  
 „sit credendi modus in viventibus, salu  
 „tum non est, ut lege nostra ullius fides  
 „pro

„proscribatur, vel ut ullus ad alterius Sæc. XVIII.  
 „legis transitum violenter cogatur, cum A. C. 1742.  
 „aliud non esset, quam viventes torque-  
 „re; nihilominus siqui reperiantur, cre-  
 „dentes in legem Dei veri, hancque  
 „profiteri, & exequi velint. a nobis nec  
 „impedientur, nec iis id prohibebitur.  
 „Et quantumvis inter regna nostra unum  
 „ab altero multum distet, oportet ta-  
 „men vicinos nos esse corde, & literis  
 „continuo ablegandis.

„Munus, quod Vobis mittimus, con-  
 „sistit in quinque laminis auri mineralis,  
 „petio panni auro intexti ex China, cen-  
 „tum Crumenis Moschi, foliis chartæ  
 „Thibetanæ &c.

„Hanc epistolam Vobis offerimus ex  
 „magno Palatio Regio Lassæ die meri-  
 „torio mensis & anni avis Ferreæ (id est,  
 „11. Octob. 1741.)“

Huic epistolæ Rex diploma etiam  
 immunitatis, quod Missionariis dederat,  
 adjunxit tenoris sequentis:

*Nos Mivagn, Rex Thibeti mandamus  
 universaliter omnibus hominibus, qui sub  
 sole sunt, & particulariter omnibus mini-  
 stris Lassæ, Capitibus hominum, Capiti-  
 bus 100 hominum, Capitibus decem homi-  
 num, Capitibus Tartarorum, & omnibus  
 parvis & grandibus, Ministris Nemor,  
 Gnalep, Cirtagn, omnibus Fortalitiorum  
 Hist. Eccles. Tom. LXXVII. R r &*

Sæc. XVIII. *Et* Provinciarum Gubernatoribus, *omnibus*  
 A. C. 1742. *bus* Gubernatoribus multorum Castellorū  
 Gubernatoribus subordinatis, *Et* Nobilibus,  
 Privilegiatis, *Et* omnibus aliis potentibus,  
*Et* minus potentibus, ut vestrum Patres Europæos, Religionis  
 puccinorum appellatæ, seu LAMAS G  
 CHAR (id est Sacerdotes inferiores) cum aliis,  
 ad quærenda propria commoda huc venientibus,  
 partem non habent, ad facienda negotia,  
 seu mercimonia, unice ad benefaciendum omnibus,  
 nos in operibus verorum Sanctorum docendos,  
 ad omnes per viam veram Paradisi ducendos,  
 ad subditos in vera obedientia erga suum Regem,  
*Et* ad instruendos, *Et* ad Legem veram legem  
 Evangelicam, prædicandam, *Et* propagandam  
 huc venerunt, ab executione præsentis  
 privilegii impediri præsumptum Summus  
 Pontifex, vel Magnus *Et* supremus horum  
 LAMA, haud aliter Pater amore plenus,  
 omnes homines passione, *Et* amore prosequitur,  
 ad eos a via inferni abducendos, *Et* via  
 ad eos in semitam æternæ gloriæ Paradisi  
 dirigendos, non tantis quasi immensis  
 expensis, ad omnia Regna, quantum possibile  
 est, prædicandam veræ legis ablegat,  
*Et* ad hunc prædicandum solum finem,  
 non ex alio motivo, hoc quoque nostrum  
 Regnum misit.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1742.

omnibus hisce Patribus, Europæis nuncu-  
 patis, seu Sacerdotibus parvis, & omni-  
 bus illis, qui deinceps huc pertingent, Si-  
 gillum nostrum pro semper damus, & con-  
 cedimus, legem veri Dei prædicandi, &  
 propagandi, & quidem libere, manifeste,  
 publice, non solum in civitate Lassæ, sed  
 etiam in toto Thibeti Regno, in omnibus  
 & cujuslibet conditionis personis, sive Re-  
 ligiosis, sive sæcularibus. Et in hunc fi-  
 nem vobis omnibus supradictis generaliter,  
 Potentibus, & minus potentibus, & par-  
 ticulariter Chinesibus, Tartaris, hor, &  
 omnibus aliis sive Religiosis, sive sæcula-  
 ribus mandamus, ne ullus eos impedire  
 attentet. Et siqui lumine veri Dei in  
 corde suo, ad veram legem amplectendam  
 illuminati, hanc libere & propria volun-  
 tate & arbitrio amplecti desiderant, &  
 opere amplectentur, Vos omnes supradicti  
 non præsumatis, illos desuper impedire:  
 nullus vestrum eos turbet, vel iis veram  
 legem observare inhibeat. Notum insuper  
 vobis omnibus supradictis facimus, quod  
 omnes, qui hanc veram legem sequentur,  
 & observabunt, a nobis, magis, quam  
 prius, ceu fidelissimi subditi sint recipiendi,  
 omnesque illos, sicut & ipsos veræ legis  
 prædicatores, seu Missionarios Apostolicos  
 defendemus, custodiemus, & sub nostra  
 particulari protectione habemus, & habe-  
 bimus. Nec præsumite facere rem mini-  
 mam,

Sæc. XVIII. *man, quæ præbeat materiam, seu occa-*  
A. C. 1742. *sionem illos inquietandi, sed illos sua quiete*  
*frui quilibet sinat. Datum ex Castris*  
*Chagfar, Residentiæ Triumphatoris con-*  
*niium partium, anno avis ferreæ 30. Sep-*  
*timi mensis (juxta nos 7 Septembris 1741)*

Cum vero pro more illius gentis La-  
 ma ejusque Vicarius vix non supremam  
 in Regno auctoritatem haberet, hinc  
 Clemens XII., qui tum D. Petri cathedram  
 moderabatur, illum quoque ob  
 ciosa salutatione Missionariis devincere  
 studuit, eoque fine die vigesima quarta  
 Septembris anno 1738. hæc ad eum  
 perscripsit:

*Magnifice Vir, salutem, & lumen*  
*Divinæ gratiæ.*

„Ea multa de Tuo erga se, sociosque  
 „socios Apostolicos Missionarios bene-  
 „volo studio, ac voluntate nobis retulit  
 „dilectus Filius, Franciscus Horatus  
 „a Penna, religiosæ Capuccinorum In-  
 „stituti Alumnus, quæ maximam Tibi  
 „a Nobis gratiam compararunt, grati-  
 „simamque tui nominis memoriam apud  
 „Nos perpetuo permansuram dubitare  
 „non sinunt. Qua de re Nostris quoque  
 „literis certissimum testimonium Tibi  
 „reddere æquum duximus. Simul ve-  
 „ro ingenti Nos gaudio perfudit narrata  
 „saga.



Sæc. XVIII.  
A. C. 1742.

„sagacissimi Tui ingenii præstantia, ac  
 „docilitas, quibus internoscere Tibi li-  
 „cult Catholicæ nostræ Religionis splen-  
 „didissimam lucem, & veritatem amare,  
 „insuper ac magis æstimare traditam ab  
 „ipsa moram disciplinam gravissimam,  
 „sanctissimasque vivendi leges, unde ho-  
 „minum genus ad animi tranquillita-  
 „tem, & ad fortunæ casus pacifice fe-  
 „rendos institui queat. Quæ quidem  
 „Tibi vel ipsa docente natura, atque  
 „indito purgatis mentibus recti, boni-  
 „que semine se prodidisse arbitramur.

„Intelligimus enim Te ad honesta-  
 „tem, & virtutis cultum naturali in-  
 „stinctu, ac vestræ Religionis documen-  
 „tis plurimum propendere; quocirca  
 „non inani ducimur spe, summi Dei mi-  
 „seratione illuc tandem Te adductum  
 „iri, ut aperte conspicias, non alium  
 „patere aditum ad sempiternæ vitæ fe-  
 „licitatem, quam Evangelii doctrinam  
 „sectando, quo vestris institutis non pa-  
 „rum accedere videamini; idque ut a-  
 „gendum Tibi proponas, Tuoque ex-  
 „emplo, atque auctoritate frequentissi-  
 „mos populos, quibus summa laude  
 „præes, sacrorum imperio Tecum per-  
 „ductos, hoc omnium maxime insigni,  
 „ac pernecessario beneficio cumules Te  
 „hortamur, quod facile eventurum pu-

R r 3

„ta-

Sæc. XVIII.  
A. C. 1742.

„tamus, si eidem dilecto Filio, Franci-  
„sco Horatio, ejusque sociis veniam de-  
„deris ubique vestrarum gentium Chri-  
„stiana dogmata promulgandi.

„Idcirco siquidem illos Tui, omnium  
„que vestrum amantissimos ad vos diffi-  
„cillimo, & longo itinere redire ius-  
„mus, Tuæ fidentes erga ipsos com-  
„pertæ benevolentiae, nec abhorrent  
„a nostris legibus voluntati; ad res  
„quam tuæ dignitatis gloriam hanc om-  
„nium amplissimam ut addas, utque  
„Missionarios nostros benigne excipias  
„vehementer obtestamur, imploramus  
„Tibi ad tantum Divinæ gratiæ  
„sidium.“

Quamvis Lama Missionariis oppido  
inensus jam dudum eos perdere deter-  
visset, muneribus tamen a Papa sub-  
missis, & pinguiorum spe pellectus re-  
vidiam, qua intus flagrabat, officii in-  
mulatione tegendam esse putabat. hinc  
ad Clementem Papam hunc in modum  
rescripsit :

*Clementi XII. Pontifici nuncupato,*  
*qui terram vel Regnum Romæ pacifice go-*  
*bernat, præsentem litteras offero:*

„Occasione, qua ad Regnum Thi-  
„beti Patres Europæos vocatos, Reli-  
„gionis dictæ Capuccinorum, militis

„hi Nobis præsentarunt vestras literas Sæc. XVIII.  
 „in forma Brevis, & munus, consistens A. C. 1742.  
 „in vitris ad modum trianguli iridem  
 „formantibus, corona ex ambra, una  
 „crista ex vitro in argento cum duode-  
 „cim lapidibus fictis ligata, in octo fa-  
 „sculis chrystalli, parvis & magnis, in  
 „teloscopio magno ac optimo, in 4 aliis  
 „telocopiis minoribus diversis, in sex  
 „paribus perspicilliorum diversorum,  
 „duobus vitris multiplicationis, speculo  
 „parvo, in chrystallo, argento ligato,  
 „quo accenditur ignis, & literæ red-  
 „duntur majores, 4 duodenis globorum  
 „cum lapidibus ex vitro coloris cærulei,  
 „capsa cum diversis medicinæ ampullis,  
 „petio coralli, ferto ex corallis, tribus  
 „sigillis, 12 cultellis scriptoriis, in tri-  
 „bus paribus forbicum, in duabus The-  
 „cis acum ex ebore, serico ornatis, in  
 „multis aciculis, imagine cujusdam La-  
 „mæ, vel Cardinalis affabre depicta,  
 „statua Papæ ex ambra, crumena acu-  
 „phrygio variata, duobus vasibus pro  
 „conservando thee, uno ex aurichalco  
 „deaurato, & altero ex argento augu-  
 „stano, horologio ex aurichalco cum  
 „pondere, imaginibus omnium Papa-  
 „rum, Imperatorum, Regum Franciæ,  
 „Hispaniæ, Portugalliæ, Magnorum  
 „Magistrorum Melitensium impressis,  
 „chartis geographicis, 8 iconibus Ger-  
 „ma-

Sæc. XVIII. „manix incis, variis quinternis char  
 A. C. 1742. „tæ Europeæ, statua equi cum conchy-  
 „lio ex petra, libro marmoris nigri, pe-  
 „tio telæ ex lino, duabus tubis in me-  
 „dium theatri, 2 pixidibus ex metallo  
 „gemmato, numismate argenteo cum  
 „effigie Papæ &c.

„Quod attinet ad gubernium Regni  
 „qualecunque illud sit, requiritur  
 „& tranquillitas illius totius. Accipit  
 „quod Vestra essentia, & incomparabi-  
 „lis potentia, copiosissima merita, glo-  
 „riosæ ac sublimes virtutes, optimæque  
 „animi propensio consistant tum in au-  
 „re, quo omnes prosequimini, tum in  
 „missione aliorum, ut operentur bonum,  
 „quod vere optimum est regimen. Qua-  
 „lecunque sit infinitum & utile, si eo  
 „gaudeant viatores, qui sunt quasi im-  
 „merabiles, & si omnes uaneant in  
 „pace, laude dignum est.

„Hinc sicut propensus affectus Vos  
 „commovit ad mittendas literas, &  
 „ut deinceps idem sequatur, opto. Re-  
 „peto noviter, quod efficere, ut Re-  
 „num consistat in pace, sit actio laude  
 „digna, præsertim si & cor in tam ex-  
 „cellenti opere stabilatur. Et quan-  
 „tumvis planities, montes, & maria  
 „Vos, & Nos disjungant, cor tam  
 „amicitiæ a Nobis non elongatur, hinc  
 „ultæ

„ulterius Vestra digna dictamina pa-  
„tefacite.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1742.

„Nostrum munus in velo serici albi,  
„in 5 laminis auri mineralis, in corona  
„ex lazulo, duobus velis flammanti-  
„bus, 3 petiis auro lacinatis ex China  
„&c. consistit.

„Datum in die optimo meriti primi  
„mensis autumnii, stellæ Trumtho, an-  
„no terribili avis ferreæ (id est 7. Octob.  
„1741.)

Quamvis vero Thibetana Missio in  
maximas propagatæ fidei spes exflore-  
sceret, sævissima tamen procella hoc  
ipso anno 1742. Viris Apostolicis incu-  
buit, qua tota Missio in hoc Regno pes-  
sum ibat; instigante enim Divinæ glo-  
riæ inimico Popæ in Catholicæ fidei ex-  
cidium jurarunt, haud ignari, novæ  
Religionis incremento nil propius esse,  
quam suæ auctoritatis, questus, ac mu-  
neris detrimentum; quocirca iterato  
Regis aures obsident, atque exhaustis  
omnibus mendaciorum fontibus contra  
Christianorum sacra impotentibus fariis  
debaçantur; exquisito etiam verbo-  
rum pondere exponunt, Catholico Ba-  
ptismate gloriam patriæ legis obnubi-  
lari, & quod periculosissimum esset, po-  
pulum a fidelitate Regi præstita lucu-  
lenter abduci, ac denique aucto indies

R r 5

Neo-

Sæc. XVIII.  
A. C. 1742.

Neophytorum numero, seditionem in ipsis regni visceribus haud temere pertimescendam esse. His querelis ac calumniis in Catholicos sparsis Rex credulitatem suam nimis facile addidit, atque exuto animo in Missionarios ac te admodum propenso, in tantam indignationem erupit, ut una omnes perpetuo exilio plectendos minaretur. Audita hac rei novitate Patres iratum Regem placare, eique legis sanctitatem suamque innocentiam, necnon calumniarum iniquitatem porrecto libello supplici exponere statuunt. Ast incautum omnia; quapropter inito inter se consilio concludunt, sponte regno excedendum esse, donec fors serenior adspiraret aura, ne si semel Regio edito expellerentur, juxta Regni legem omni redeundi spes perpetuo intercisa permaneret. Igitur Neophytos ad se accersunt, ac manifestata temporum injuria illos ad fidei constantiam egregie hortantur, singulorum conscientia peccati Sacramento expiata illos administrato fortium pane ad luctam confortant, ac demum inter mutuos amplexus & lacrymas illis bene precantur relicta demum Lassa Metropoli an. 1745 ad Regnum Nepal secedunt. Paulopost eis nuntiatum erat, quod aucta Populorum ferocia tertio post Missionariorum

discessum die Christiani una omnes e Sæc. XVIII.  
 regno ejecti, & quod tristissimum erat, A. C. 1742.  
 ipsa Ecclesia Regis jussu solo æquata,  
 cunctas scripturas, & modicam rei sa-  
 cræ suppellectilem, ceteraque omnia,  
 quæ salvari haud poterant, iniqua ma-  
 nu distracta fuerint. Ita Domini vinea  
 tam ampla, tam fœcunda per plures  
 annos tot sudoribus, lacrimis, & ærum-  
 nis rigata, solo insani Lamæ odio ac  
 furore devastata est.

## §. LVII.

*Friderici Sueciæ Regis decretum pro  
Catholicis.*

**H**oc item anno Fridericus Sueciæ Rex  
 erga Catholicos sibi subditos tan-  
 tum tolerantia Christianæ habere in-  
 tenderat, ut eis saltem restrictum Reli-  
 gionis suæ exercitium indulgeret; cum  
 enim ex Hasso Casselano stemmate o-  
 riginem traheret, & ex serenissima hac  
 domo plures Principes agnito sectæ er-  
 rore ad Ecclesiæ Romanæ Catholicæ  
 finem rediissent, ea propter odium in  
 Catholicos per Prædicantium susurros  
 instillatum, insensisque præjudiciis enu-  
 tritum sensim refrixerat. Igitur die  
 decima quinta Junii in eorum favorem  
 ad suum, ut vocant, *Consistorium se-*  
 quens